



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

In Epistol. LIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Paulinus) Aquileiensis, seu vt *Annales Franc. vocant, Foro-* fol. 102. v. 7.
lilienfis Patriarcha; quem obiisse aiunt anno 802. Carolus M. miri-
fica coluit hunc. vide diploma donationis tom. 9. Baron. an. 802.

IN EPISTOL. LIV.

M Agenhario) *Scriptor vitæ Ludouici Pij incertus, Megina-* fol. 102. v. 127
rum nominat; virum sapientem & strenuum, gnarumq;
utilitatis & honestatis regię: quem Carolus M. ad Ludouicum,
vt eius consilio vteretur, miserit. Eginhardus nominat Meginher-
comitem, inter eos, qui Carolo Magno testamentum condenti ad-
ferunt.

IN EPISTOL. LV.

C RUX) *de S. Crucis imaginibus fufe & diserte doctissimus Iaco-* fol. 104. v. 29.
bus Gretserus tom. 1. lib. 2. de Cruce.
 27. Lupi) *Intelligit sine dubio Lupum Tricassinum Episcopum,*
qui non est alius, sed idem ipse Lupus, de quo Sidonius in carm. 16. qui,
inquam, in Lirinensi cœnobio inuenis fuit. Hic profectus in Britan-
nam, hæresin Pelagianam expugnauit, vt scribit Henric. Hunting-
doniensis lib. 2. histor. Extant ad eum epistola Sidonij lib. 6. ep. 1. &
lib. 9. ep. 11. lib. 8. ep. 14. Vbi vide, quæ notat eruditè Sauaro.

IN EPISTOL. LVI.

C APPA) *Interpretor fuisse similem illi, quam VVelafus Rex* fol. 105. v. 8.
Merciorum donans ait, in Donatione, quæ extat in historia In-
gualphi: Offero etiam secretario dicti monasterij in ministe-
rium sanctissimi altaris chlamydem coccineam, qua indu-
ms eram in coronatione mea, ad cappam inde siue casulam
faciendam.
 17. Euz) *m. f. Auæ.*

IN EPISTOL. LVII.

IN paruis literis) *m. f. vitiose: sapius si paucis literis tam* fol. 106. v. 4.
parua officia salutationes dirigere.

PPPP

IN